





0210

46

1722, 21

FACULTATIS JURIDICÆ
DECANUS
IO. PHILIPPUS
Streit / I. V. D.
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS
MOGUNTINI CONSILIARIUS
REGIMINIS.

L. B. S.

ERFORDIÆ,
TYPIS GROSCHIANIS, Acad. Typogr.





Ubiūm est motus indifferens
in utramque partem contra-
dictionis. *Isidor. libr. etymol.*
vel ut ait Bald. in *L. de statu*
15. ff. qui testam. fac. poss. Du-
bitatio est æqualitas contra-
riorum motuum mentis, & tenet medium in-
ter errare & scire. Quamvis autem aliqua o-
pinio per se solum considerata videatur proba-
biliter vera, eò quod habeat pro se rationes
congruas & suasibiles; tamen cum primūm
apparet oppositam quoque esse probabilem,
rationes istius confunduntur per rationes alte-
rius, & fit æqualitas contrariorum motuum
mentis, & sic dubitatio, quæ nihil aliud est,
quàm æquilibrium intellectus inter duo extre-
ma,

ma, per *L. si paterfamilias 40. de hered. instit.*
Quemadmodum probationes etiam certæ &
liquidæ per contrarias similes conquassantur,
secundum *Glossam in cap. licet causam in vers.*
uti possidetis de probat. Exemplum desumi po-
test ex quæstione facti in *L. si fuerit legatum 10.*
de reb. dub. Si enim legatum Sempronio amico
fuerit relictum, & duo sint Sempronii, æquâ
charitate conjuncti, quæritur cui legatum de-
beat: unus Sempronius deducit assiduam
cum testatore familiaritatem, mutua obsequia
& beneficia, & alia plura his similia. Habet
ergo hic Sempronius rationes probabiles, ob
quas ei legatum adjudicari debeat: sed & alter
Sempronius probat amicitiam pluribus argu-
mentis ejusdem ponderis, undè & hic habet
pro se rationes suasibiles, si seorsim expendan-
tur. Verùm si conferantur invicem rationes ut-
riusque, res prorsus & ita dubia est, ut legatum
propter omnimodam ambiguitatem, & incer-
titudinem vitietur & neutri debeat. Sic si te-
stator uni ex cognatis, qui prior capitulum a-
scenderit summam aliquam legaverit, & duo
simul ascenderit, neutri debetur legatum. Plura
exempla allegat *Brunnem. ad d. L. 10. simile in*
L.

L. si duo ff. uti possidetis & in cap. *Tue fraternitatis de prabend.* sic cum duo iudices dati contrarias sententias tulerunt, Modestinus ait, utramque sententiam in pendentem esse *L. duo iudices dati, junctâ gloss. 1. ff. de re judicial.* & scripturæ diversæ fidem sibi invicem derogantes ab unâ eademque parte prolata nihil firmitatis habent *L. scripturæ Cod. de fide instrum.* Est autem dubium aliud facti, aliud juris. Dubium facti dicitur, si per testes, v. g. instrumenta, aut modos alios idoneos probari nequeat, legatum relictum, contractum in initum, aut rem traditam esse. Dubium juris verò, si ex parte unâ & alterâ stent jura & rationes probabiles. In hoc dubio pars securior est tenenda & eligenda, quod probatur per *clemen. Exivi. § præterea de verb. sign. cap. veniens. de presbyt. non baptiz. cap. cum desideres vers. secunda questionis, de sentent. excommunic.* Quæ regula de electione partis tutioris maximè procedit in dubio juris, inde inferitur, quod advocatus in causa dubio juris laborante, si spes prudens victoriæ non effulgeat, iniquè agat, si patrocinium ejus suscipiat, quia voluntariè clientem deducit in damnum inutilium expensarum, nec non in periculosum, ac fortunis infestum iudicii vorticem,

cem. Si tamen spes prudens affulgeat victo-
riæ, patrociniū ejus licitè suscipit etiam si
causā partis adversæ videatur ipsi probabilior,
less. libr. 2. de j. & i. cap. 31. dub. 9. n. 53.
non enim semper est re ipsa potior *less. ibid. n.*
54. Quando etiam dubium facti est tale, ut
tollī nequeat probatione in contrarium, actor
non potest salvā conscientiam contendere iudicio,
quia moraliter est certus de victoriā partis ad-
versæ, ergo neque advocatus potest licitè patro-
ciniū suscipere causæ talis, quia nunquam o-
rare licet causam injustam. Quamvis autem ju-
dex teneatur sententiam ferre pro illa parte, quam
censet probabiliorē, inde tamen non sequi-
tur quod etiam advocatus teneatur patrocini-
um suscipere illius causæ, quam censet proba-
biliorē, advocati enim non est definire causam,
sed fundamenta partis, tam in jure, quam in fa-
cto consistētia, tantum allegare iudici, ut hic
perpensis utriusq; iuribus, & meritis, decidat quod
sibi æquum videbitur, cum enim uni hæc, alte-
ri alia sententia videatur magis probabilis, pot-
est advocatus ita sentire, licet mihi videatur mea,
quam tueor sententia, minus probabilis, con-
abor tamen ita probabilitatem ejus deducere, ut
iudici videatur probabilior, & pro me ferat sen-

tentiam *Schamb. in lect. publ. ad inst. de offic. judic. ad princ.* Si verò in optione opinionis non appareat quæ tutior sit, servandæ sunt regulæ à jure præscriptæ. Jura enim in his quasdam regulas tradiderunt, quas in dubiis sequi oporteat, quæ sparsim habentur in titulis, *de Reg. jur. de reb. dub. de Leg. & passim alibi.* Quales sunt: in dubio judicandum ut actus valeat potius, quàm pereat. *L. Quoties 67. ff. de R. j. & L. 2. ff. de reb. dub.* quæ regina omnium interpretationum appellatur. Item in dubiis præferendum, quod in regione, in qua actum est, frequentatur. *L. semper in stipulationibus ff. de R. j.* imò in opinionibus deligendis primo loco spectanda est antiqua, & probata consuetudo, quia minimè mutanda sunt quæ certam sententiam semper habuerunt. *L. minimè ff. de LL.* item ubi contrariæ extant sententiæ, pronuntiandum est pro possessore. *L. Res alienas cod. de rei vind.* Et potius pro reo, quàm pro actore. nisi in causa favorabili, puta matrimonii, libertatis, dotis, seu testamenti, ut legitur *in cap. fin. de re jud.* Aliàs ubi sunt opiniones discordes, judex tenetur sequi communem *cap. novimusibi: & quorundam sit opinio à pluribus appro-*

*approbata, de verb. sign. can. de judiciis, in ver-
bis: in quo plurimi coocordant. 3. q. 3. can. in
canonicis 6. dist. 19. L. j. ff. de offic. quest. Rur-
sus in dubiis præferendum quod benignius est,
quod verisimilius, quod plerumque fieri solet.
dict. L. quoties & L. semper in dubiis 56. ff. de
R. j. atque hæc est lex quam pro lectione cur-
soria elegit*


Nobilis & Clarissimus Dominus

**CHRISTIANUS GOTTLIEB
PRIBER,**

Zittaviensis Lusat.

Natus 21. Martii Anno 1697. Zittaviæ Patre
FRIDERICO PRIBERO, Mercatore non in-
celebri, Matre ANNA DOROTHEA BERG-
MANNIA. A primis ætatis annis sub in-
spectione & informatione præceptorum tam
privatorum quam publicorum, Virorum do-
ctissimorum Gymnasii patrii Dn. *Ruckeri* Col-
leg. IV. Dn. *Ziegeri*, Cant. Dn. M. *Pitschman-
ni* Sub-Rectoris eruditissimi, Dn. M. *Miri* Con-
Rectoris longe meritissimi & demum Dn. D.
Wentzelii, Directoris celeberrimi adolevit. De-
inde

inde Lipsiam se anno 1718. contulit, ubi in Philosophicis Dominum D. *Müllerum*, & Dominum D. *Rüdigerum*, Celeberrimum *in jure Dn. D. Kästnerum*, & Consultissimum Dnum D. *Freieslebium*, nunc illustrissimorum Comitum de *Reis* Consiliarium justitiæ & consistorii Geran. audivit. Tandem nos accessit & ad Examen Candidatorum admitti modestè petiit, admissus, ad quæstiones propositas ita respondit ut unanimi consensu supremis Jurium honoribus, Juribus ac Privilegiis dignus judicatus sit. Proinde proximâ die mercurii horis consuetis Lectionem cursoriam *ad d. L. 56. de R. j.* eâque finitâ Disputationem inauguralem habebit. Ad quos actus solennes Magnificus Dn. Prorektor, nec non Dn. Proceres & Cives Academici perhumaniter invitantur, Publ. sub Sigil. Facult Jurid 18. Octobr. MDCCXXII.





ERFURT, Diss., 1721/22

ULB Halle

3

001 585 339




56

VD18







46

1722, 21

LTATIS JURIDCÆ
 DECANUS
 PHILIPPUS
 freif / I. V. D.
 SSIAMI PRINCIPIS ELECTORIS
 GUNTINI CONSILIARIUS
 REGIMINIS.

L. B. S.

ERFORDIÆ,
 GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

